Quis oculorum pictor: quis nares aureſq; tornauit. Quis labia diſtendit oris. Quis neruos tetendit atque ligauit. Quis irrigauit uenas. Quis oſſa congeſſit ſolida: quis carnem pellicula tenui circũtexit. Quis digitos articuloſque diſcreuit. Quis fundamenta pedum extendit. Quis perforauit poros: atq; meatus aperuit. Quis ſplenem coegit: atque compreſſit. Quis pyramidem impreſſit cordi figuram. Quis iecoris porro rexit fibras. Quis pulmonum ſculpſit fiſtulas. Quis aluo capacem amplitudinem tradidit. Quis honoranda corporis membra ĩ propatulo figurauit. Quis obſcena ĩ obſcuro prorſus abdidit: eaq; aſpectu cernentium uoluit ſecreta iacere. Vide quot diuinæ artis opa ĩ una materia demonſtrantur. Singulaq; pulchra: recteq; dimenſa. necnon ꝓpriis ĩuicem officiis differentia. Quiſnam ſingula finxit? q̃lis mater? q̃lis pater? nonne hæc ſolus ipſe inuiſibilis deus cũcta: propria uoluntate: molitus eſt? Et cum ſtatuã & imaginem abſq; fabro & pictore fieri nullus aſſerere audeat: miram mundi huius conſtitutioné ſine conditore conſtituiſſe putabimus. O cecũ homũculum. o nimis impium. o ꝓfundis obrutum ignorantiæ tenebris. Caue caue inquá o fili mi Tati: ne unquá artificiũ priues artifice. Quinimo cõgruo deum nomine præiuocato. patréq; eſſe ꝓprium eius exiſtimato. quod ſi me quiddá audacius ꝓferre coegeris: huius eſſentiá eſſe dicá: cõcipere ac

facere singula: quemadmodū sine factore fieri qc quam nequit. Ita deum existere semper nisi semper agat oīa: impossibile est. in celo uidelicet aere: terra mari: in toto mundo: in qualibet particula mūdi: tum in eo: quod est. tum in eo: quod non extat. Nihil est in omni natura: quod ille ipse nō sit. est il le siquidem: quæ sunt. est ea &: quæ minime sunt. Quæ quidem sunt: deduxit ī lucem. quæ nō sunt occulit in seipso. Hic deus nomine melior. hic oc cultus: hic rursus oīum patentissimus. hic menti cōspicuus: hic præsens oculis: hic incorporeus. hic ut ita dixerim multicorporeus: Nam nihil ī corpo ribus est: quod ipse nō sit. Omnia enim ipse solus existit. Nomina insuper habet omnia: quoniā un9 est pater. Nomen quoq; nullum habet: quoniā pa ter est omnium. Quid ergo te laudabit: supra te: ā īfra te positum? Quo uertam oculos: ut te laudē? supra ne: an infra? intus: an extra? Nun modus: an locus circa te? nū aliud quiddam ex omnibus? In te autē omnia: abs te omnia: prebes omnia. Nihil deniq; suscipis: omnia quidem habes. Quid autē nō habes: idipsum nihil. Quando uero laudabo te pater? Tempus & momētū tuū capere nō uale mus. Qua potissimū ī re laudes cātabo tuas? Nū ī his: quæ creaueris? an ī illis: quæ nō creaueris po tius? Num in his forte: quæ ī lucem e tenebris erui sti? an in iis: quæ latent adhuc archano sinu recon dita? Per quid tandē hymnos tuo dicabo numini?

nunquid i laudatiõe tali ego ipse mei iuris existã? an potius alter effitiar? Ipse profecto es: quicquid ego sum. Ipse es: quicquid agam. Ipse es quicqd deniq; dicam. Ipse enim es omnia: neq; aliud preter te quicquã. Quid sane non es ipse? Ipse omne quodcunq; genitum. es quidem intelligens pater fabricans deus: effitiens bonum: bona fatiens õnia. Materiæ namq; purissimus aer. aeris anima animæ mens: mentis deniq; deus.

## QVOD IN SOLO DEO BONVM EST ALIBI VERO NEQVAQVAM. AD AESCVLAPIVM.

b Onum o Aesculapi in nullo ponitur nisi i uno deo. imo ipsũ bonũ deus ipse semper. Quãobrẽ essentiam õnis motionis atq; cognitionis esse deum oportet. Hac essentia orbatũ nihil. hæc circa se stabilẽ actũ nullius egenũ infinitũ: superhabundantem porrigentẽ possidet. Vnũ id uniuersorũ principiũ. bonũ porrigẽs & effundẽs. bonũ quotiẽs nomino. bonũ id: quod oĩa bona: & quod bonũ sẽp itellige: hoc unico deo adest. neq; n. cuiusq̃ idign⁹ ẽ: ut adeptionẽ illi⁹ appetendo: malus fiat. neq; iactura cuiusq̃ i eũ cadit ũq̃: ut post dãnũ dolorẽ affitiatur. Maior. n portici mali. nec ẽ illo ualidi⁹ aliud a quo expugnetur. i hũc iniuria inciderẽ nulla põt: qua irritat⁹ lacessitus ue

excādescat. Nihil ei⁹ iugū subterfugit: quo cōtē
ptus indigneť atq; irascatur. Nec ē sapiēti⁹ eo qcq̄
quod illi emulatiōnē icutiat. Itaq; cum hæc illi nō
accidant: nihil ei⁹ naturæ p̄ter ipsū bonū restitit.
Quemadmodū uero nihil eoꝝ: quæ mala sunt: i
hac insunt essentia. ita in nullo alio bonum inue
nitur. In singulis enim reliqua insunt singula. tū
in paruis: tum in magnis: tum etiam in his: quæ
secundum unum. & in ipso quoq; animali maxio
omnium atq; potentissimo: quod utiq; passioni
bus genita replet. Nā generatio passio quedam ē
ubi autem passio: nullo modo bonum. ubi bonū
non passio ponitur ulla. ubi dies nullo modo nox
ubi nox: neq; etiam dies. Quapropter in genera
tione bonum esse non potest. Restat itaq; in eo:
quod ingenitū: ut autem materie concessa est: ō
nium participatio. sic quoq; boni participatione:
mundus bonus. bonum dico: in q̄tū ipse etiam
omnia efficit. Qua quidē ex parte bonus est mun
dus: in reliquis omnibus non bonus. Passibilis. n.
ac mobilis est: & omniū præterea causa passionū
In hoīe isup compatōe mali: bonū. Id qppe quod
nō nimis malū quodq; miꝰs malum: bonū i hōini
b⁹ appellam⁹. Quo fit. ut bonū nr̄um nihil aliud
sit q̄ mali portio minia. Vnde illud & seqť. ut bo
nū hui⁹mōi: a malo sepatū esse nō possit. Inqnať
in hoc bonū: admixtiōe maloꝝ. Infectū uero ul
terius bonū non permanet. Si minime permna&;

malum efficitur. In solo igr deo: bonum ipsũ exi
stit. Quare solum boni nomen o esculapi: natura
boni nequaquam. Neq; enim id cape potest mate
riale corpus cõfectum ũdiq; : & oppressum praui
tate: laboribus: doloribus: cupiditatibus: iracũdia:
deceptionibus: stultisq; opinionibus: ac nugis. De
terrimũ tamẽ omniũ id cẽseo esculapi: quod unũ
quodq; horum: quæ dixerim: summum creditur
esse bonum. Fugiendũ in primis malum est: uen
tris luxus: malorum omnium fomes. hinc error:
hinc boni priuatio. Equidem ingentes deo grati
as habeo: qui: de natura boni cogitãti: mihi sentẽ
tiam hanc certam infudit. quod in mundo bonũ
esse non possit. Siquidem mundus congeries est
malorum. Deus autem boni: uel bonum: dei exu
berans plenitudo. Supereminentia quippe bono
rum circa essentiam sincere fulgentes atq; purissi
me. Neque forte sunt essentiæ dei. Audiendum
sane id assero o æsculapi: essentiam dei. si ullam de
us habet essentiam: ipsum bonum esse. Pulchrum
uero & bonum in mundo aut in mundi partibus
inuenire non licet. Nam quæcunq; sensus mouẽt:
idola sunt: & uanæ quædam admirationes. Quæ
uero sẽsuũ organa subterfugiũt: ad pulchrũ bonũ
q; ptinẽt. Vtq; acies oculi: dũ nõ cernit sic neq; pul
chrũ bonũq; cognoscit. Hæ siqdẽ partes: di sũt ĩte
gerrimæ illius ppriæ cognatæ: ĩsepa rabiles: pcipu
eq; dilectæ. ut has ipse d9 amat: sic ab his ipse de9

n mundo bonũ ẽẽ nõ potest:

amatur. si deum percipere poteris: pulchrũ quoq; bonumq; percipies. perfulgens omnibus illustratum a deo. Pulchritudo.n. sine comparatione. Sine mutatione bonũ Deus.n comparationem mutationemq; nullam obmittit. Quemadmodum ergo deũ pulchrum bonumq; noueris: ita sane: ex cæteris uiuentibus cũ a deo se cerni nequeát: nunq̃ comunicandum. Si deum quæsieris: pulchritudiné ipsam quæres: quæ tandem ad id ferat unica uia est: pietas cognitioni coniuncta. Quapropter ignari mortales: & a pietatis semita deuii: hominẽ quoq; bonum nominare non uerentur. cum boni notitiam uerá habere nullam possit: sed malis irretitus & ilaqueatus sit: malumq; bonum esse céseat insanabiliterq; malis utatur: eorũq; iacturam: priuationemq; formidet. Omnibus deniq; machinamentis uiribusq; contendat: ne unico solũ malo prematur: uerũ & in numerũ mala magnitudinéq; augeantur. Talia sunt o Esculapi decora hominũ atq; bona: quæ nec fugere nec odisse ualemus oium namque difficillimũ id existit. ob eam potissimum causam: quia nos illis uti oportet atq; uesci: iisq; orbati: uitam agere nullo modo possimus.

## QVOD SVMMVM MALVM HOMINIBVS IGNORARE DEVM.

q Vo ruitis mortales ebrii q merũ ignoran

John hoc capi: Memoria firm Rehinen:

Decies repetita placebunt

Io: aurea uerba:

Ignorantiæ maxima detestatio:

Lacus corruptionis et mortis:

Deus no oculis cernit no aurib audit: no sermone profertur:

Sola mes deu uidet: ac predicat:

Indumentu inscitiæ Exuen:

ignorantia domesticus fur:

sensus interiorum hebetat:

tie combibistis? Cum id ferre nequeatis: euomite. Viuite sobrii: oculis mentis inspicite. Quod si mi9 potestis omnes: saltem q possunt: id agant. Ignorantiæ pestis omnẽ terram subuertit. animãq; corrumpit coporis uinclis inclusam. neq; sinit eam salutis iter asciscere. ne petmittite uos i lacũ corruptionis mortisq; submergi. Respirate iã respirate: ad fontem uitæ recurrite. Illumq;: qui uos itroducet i aditum ueritatis: capescite. Ibi fulgidũ lumẽ nullis imixtũ tenebris. ibi nullus ebrietate delirat: sed omẽs sobrii uigilant: atq; mentis oculis eum: qui uideri uult: acutius intuentur. Is nec auribus percipitur: nec cernitur oculis: neq; sermone profertur. Sola mens eum pspicit: sola mẽs predicat. In primis autem oportet uestẽ: quam circũfers: exuere. Indumentũ inscitiæ: prauitatis fundamẽtum corruptionis uinculũ: uelamẽ opacũ: uiuam mortem: sensitiuũ cadauer: sepulchrũ circũuertile: domesticũ deniq; furem. Qui dũ blanditur: odit. dũ odit: iuidet. huiuscemodi est: quo circũtegeris umbraculũ inimicũ. Ad seipsum te deorsũ raptat. ne forte cõspiciẽs ueritatis decorẽ: ac proximũ bonũ huius oderis prauitatẽ. neue huius insidias: quas i te assidue machinatur: aliqndo presentias. hoc aciem interiorũ sensuum hebetat: & obtũdit. Crassa illam materia suffocat: abhominabili fastidiosaq; ebriat uoluptate. ne audias ũquã: neue pspicias ea quæ iure & audienda sunt: & iprimis inspicienda.

adde illud macrobij
sine scientia ut doctrina eger est animus: et
nihil turpius q ignorare: et illud
trim: oïs ignorans malus.

NIHIL EORVM QVAE SVNT INTERITVS: SED MVTATIONES: DECEPTI HOMINES INTERITVM NOMINANT. AD TATIVM.

dE anima & corpore o fili dicẽdum. quonammõ imortalis aĩa: quãtaq; sit agendi uirtute: in concretione dissolutõeq; corporis. Mors ad horum nullum attinet. Thanatos enim. i. mors cõceptus quidem est mortalis appellationis: uel uanum quiddam: uel per ablationem primæ litteræ. thanatos. i. mors. pro eo: quod dicitur athanatos i. immortalis. Thanatos enim ĩteritum significat. At nihil eorum: quæ inmundo sũt interit. Si enim secundus deus est mundus: nec nõ immortale uiuens: ĩpossibile ẽ imortalis animãtis partem aliquã interire. Quæcunq; mundo insũt mũdi sunt mẽbra. homo præsertim animal rationale. Primus omniũ uere sempiternus: imortalis: ingenitus deus omniũ auctor: Secundus deinde ad illius imaginẽ: mũdus ab eo genitus. & ab eodẽ seruatus: nutritus: & ĩ mortalitate dõatus. uelut a ꝓprio p̃re uiuens qdẽ sẽp: & imortalis. eteni sẽp uiuẽs qdẽ: sẽp & imortalis. et. n. sẽp uiuens: & sẽpiternum: hoc inuicem differunt. quia sempiternum quidẽ ab altero factum non est. sin autem: fiebat a seipso: non ab aliquo factum fuit quia fit semper. Sempiternum enim quatenus sempiternum

Thanatos. i. mors
thanatos i mortalis
quod in mundos
mundi membra

est omne : pater autem ille sui ipsius sempiternus At uero mundus:a patre sẽper uiuens ĩmortalisq; factus Quantumq; materiæ fuerat subiectum patri .pater ipse corporeum agens & in molẽ congregans :id totum spericum reddidit . Imprimẽs qualitatem materiæ existenti ĩmortali rationeq; materiæ sempiternum habenti . Plenis autẽ ideis õibus qualitates pater miserens in speram : uelut in girũ omni qualitate circunscripsit . Exornar̃ autẽ uoluit id :quod post ipsum est . q̃si ĩmortalitate fultiẽs õne corpus.ne materia ab huius congressu discedere uolens : in suã deformitatem iterũ resoluatur . Quãdo.n.ĩcorporea erat materia o fili:deformior erat.hẽt hæc quoq; materia qualitates quasdã exiguas:reuoluta crescendi pariter et decrescẽdi natura:quam homines mortem uocant.Huiuscemodi autẽ cõfusio circa terrena uiuẽtia ..Cœlestiũ q̃ppe corpora unum atq; eundẽ seruãt ordinem:quẽ scilic& primũ a patre suo sortita sunt. Seruatur autẽ ipse a restitutione cuiusq; indissolubilis. Restitutio uero cõstitutionis corpo℞ terreno℞ : ipsaq; dissolutio in corpora dissolubilia:& ĩmortalia restituit Atq; ita sensus priuatio fit:nõ destructio corporũ Tertium quoq; animal homo ad imaginẽ mundi genitus secundum patris uoluntatem sese habens præter cætera terrena uiuentia :nonmodo cum secundo deo cognationem habet : uerum etiam intelligentiam primi . Secundum plane deum utpo

te corporalem sensus comprehendit. Primũ uero deum: ut incorpoream: bonamq; mentem mente consurgit. TATI. Id ergo animal nonne destruitur? TRISME. Melius melius ominare o fili: ac insuper meditare quid deus: quid mũdus: quid animal immortale: quid animal dissolubile. Scito quoq; mundũ a deo simul atq; in deo: hominem uero a mundo & in mundo consistere. Principiũ auté comprehésioq; omnium & constitutio deus.

QUOD IN SOLO DEO PULCHRUM AC BONUM: ALIBI VERO NEQUAQUAM. AD AESCULAPIUM.

heri o Aesculapi perfectam edidi orationẽ In præsentiarum autem necessarium esse arbitror: ut de sensu breuiter disseramus Sensus ac motus ĩ hoc potissimũ discrepare uidẽtur qa hic quidẽ secundũ materiam: ille autẽ secũdum essentiam est. mihi tamem uterq; conuenire uidetur: neque distingui in hominibus ratione. In tus animantibus sensus nunc unitus est: in hominibus autem intelligentia. Ab intelligentia quidẽ intellectus differt: quemadmodum a diuinitate deus. Diuinitas. n. a deo: intelligentia uero ab homine prouenit. Hæc sermonis est soror. aut utraq; sibi inuicem instrumenta. Nam neq; sermo absq; intellectione pronuntiatur: neq; intellectio absq; sermone prodit in lucem. Quamobrem sensus & intelligentia in homine: tanq̃ connexa conspirãt

ir uicem. Neque enim sine sensu intelligere: neq; si
ne intellectione sentire ullomodo possumus. Intel
lectionem tamem absq; sensu intelligere possibile
est. instar eorum: qui in somnis phantasmata uidēt
tamen quoq; uidentur utraque operationes insō
niorum uisionibus exterius: sensu autem ex som
no in uigiliam suscitari. In animam præterea cor
pus: homoq; unitur. quotiensq; utreq; sensus par
ticule sibi cōsentiunt: tunc intellectio cōcepta mē
te disponitur. Mens omnes notiones cōcipit. bo
nas quidem: quotiens a deo semē infunditur: con
trarias autem: cum a demonibus quibusdam sp

Mundus demoni bus Plenus:

mata iaciuntur. Nulla profecto mundi pars est dæ
monum præsentia destituta: horum lumen ab ip
so deo totū descendit. Demum deniq; transfusus

Semina demonu:

in hominem: semina proprie orationis inspergit.
Mens autem consperse seminibus pregnans inde
parit adulteria. stupra: homicidia: patricidia: sacri

malorum opera demonu:

legia: diuinorum cōtemptum: iugulationes: euer
siones urbium: pestes hominum: & reliqua omnia

Dei semina que:

quæcunque malorum sunt opa demonū. Dei pla
ne semina pauca: at illa quidem magna: pulchra
bona: uirtus. s. temperantia: pietas. pietas: autē dei
cognitio. Deum qui recognoscit: bonis refectus
omnibus: notiones diuinas assequitur. notiones i
quam haud multorum similes. Quadecausa si qui
huic se cognitioni dedicant: nec ipsi uulgo placent
nec uulgus illis. Insanire demum putantur: risuq;

reportant. Interdum etiam odio habentur: contumeliis afficiuntur: uitaq; priuantur. Improbitatē enim hic habitarē diximus: terramq; illius esse prouinciam. Terram dico non mundum totum: ut impii quidem obloquuntur: uerumtamen homo deo deuotus: q primum diuinam pregustauerit uisionē: obliuioni reliqua omnia tradit. atq; etiam. quæ reliquis hominibus mala sunt: huic ut bona contingunt: consulanti prudenter: & ad scientiam singula referenti. quodq; mirandum est: mala semper in bona penitus conuertenti. Sed iam ad sermonem de sensu iterum redeamus. humanū est: sensū cū intellectione coniungere. Nam omnes: ut supra retuli: homines intellectione fruuntur. Cæterum secundum materiam unus: alter secundum essentiam. Qui enim prauitatis seruus est materialis: a demonibus quoq;: ut diximus: intelligendi semen accepit. At si qui bonitatis animæ sunt: horum naturā ipse utatur. Deus enim omnium auctor: efficiens autem omnia: sibi ipsi consimilia redit. Hæc tamē genita bona in operationis usu sterilia. Mundi nāque reuolutio generatiōes exagitās: qualitates efficit. Quasdā īficiēs: maloq; fedās. Quasdā defēsās: bonoq; purgās. Mūdus o æsculapi sēsū motū que possidet. nō humano sēsui motuiq; cōsimilē: sed potētiorē sane atq; ad mōdū siplitiorē. Nā sēsus & itelligētia mūdi: id unū est. Cūcta .s. facerē: ac facta resoluere. Diuiæ uolūtatis organū: hac potissimū



Improbitas i[n] m[un]do habitat.

Terra Improbit[atis] Prouicia.

ratione constructum: ut a deo semina suscipiens uniuersa: eaq; tuto sinu recondens: omnia quidé cōponendo producat. omnia rursus auferat diuidendo: atq; instar agricultoris periti: quodcunq; nimis adultum est: amputat. ut statutis tempo℞ interuallis: reuirescat. Nec est quicq̄: cui uitá mū dus ipse non præstet. Simulq; uitæ locus est: est atq; etiam institutor. Corpora uero ex materia in differentiá constant: ho℞ quædam ex terra: quædam ex aqua: ex aere alia: ex igne quoq; permulta uniuersa certe composita. Quædá tamé congesta magis: nōnulla uero simplitiora. Illa grauia: hæc leuia. Velocitas autem agitationis: illius uarietatem generationem qualitatis inducit. Spiratio.n. crebra existens: corporibus qualitatem una cū superabundantia uitæ: suppeditat. Deus igitur Cosmi .i. mūdi pater. Cosmus auté eo℞: quæ in cosmo: & cosmus quidem dei filius. Quæ uero í cosmo: sub cosmi ditione cōsistunt: ac iure cosmus appellatus est. Omnia siquidem uarietate generationis .i. exornat. necnon indesinentia uitæ operatione perpetua necessitatis: celeritate elementorū: cōmixtione: ordine genito℞. Ipse igr̄ Cosmus: i. ornatus necessitate simul & merito nōinat⁹ é: aiantium ōniū sensus & itellectio. Quæ ex externis ifluūt ab eo: quod cōtin& inspirata. Cosmus auté quæcunq; ab ipsa origine suscepit a deo perpetuo seruat. Deus profecto: nō ut quibusdá

Deus Cosmi .i. mundi Pater: Cosmus unde dicatur

uidetur:sensit. menteq; captus est. Ii:n.miseri pres si perperã obloquũtur. Quæcunq; sunt o Aesculapi in deo simul : atq; a deo pendentia : partim p corpus agentia: partim mouentia per essentiam animalem : alia per spiritum uiuificantia ; alia uero receptacula defunctorũ. Rectius autẽ dicemus deum talia nõ habere : sed ut ueritatem liquidam exprimamus : ipsũ esse cuncta fatebimur. Nec ea q dem ab extimis capeẽ:ad extima nihilominus porrigentem. Id est sensus & ĩtellectio dei. Vnde nulli unq̃ futurũ est tempus: in quo existẽtium aliqd in nihilũ euanescat. Quotiens uero existẽtia dico dei : dico thesaurũ. Nã existẽtia ipse deus amplectitur. Extra hunc nihil ẽ. extra nihil ipse. Hæc tibi o Aesculapi intelligenti : uera uidebuntur ignoranti autẽ : incredibilia. Intelligere.n.ipsũ credere est. at nõ credere : proculdubio ignorare. Sermo siquidẽ meus ad ueritatẽ usq; cucurrit. Mẽs quoq; ãpla : & a sermone ad certũ qddã deducta: ueritatẽ atigit. Deniq; conprehẽdẽs oĩa:eaq; iueniens consona illis:quæ interpretabatur e uestigio credidit : & in ipa fide decora fœliciter requieuit. Quæ igitur de diuinis dicuntur: ĩtellecta credũẽ qdẽ:nõ ĩtellecta negãẽ.hæc aũt d̃ itelligẽtia dicta sufficiãt.

## MERCVRII TRISMEGISTI CLAVIS AD TATIVM

h esternũ o Aesculapi sermonẽ ascripsi tibi. Vnde æquũ ẽ hodiernum Tatio dedicarẽ; eoq;



magis id operepretium: quo disputatio præsens: omnium ad illum a nobis antedictorũ cõpendia ria quædã summa futura est. Deus & pater & bo num o Tati naturã eandem: immo eundem actũ habent: Illa siquidẽ augmenti: diminutionisq; ap pellatio ẽ: quæ circa mutabilia & imutabilia. i. hu mana & diuina uersantur. Quorum unumquod que ille uult esse: alibi uero actum: quemadmodũ in aliis demõstrauimus: diuinorum atq; humãoꝝ quæ quidem in hoc intelligere necesse ẽ. huius ac tus uoluntas est: huius essentia uelle cuncta subsi stere. Quid est deus & pr̃ & bonũ? nisi ipsum es se horũ omniũ nõdum existentium? Quin etiã existẽtia ipsa horum dum sunt: id deus: id pater: id bonum: cui nihil aliud ex omnib9 applicatur. Mũ dus enim ac sol eorum: quæ sunt secundũ partici patione pater: nõ tamen uiuentibus uitæ bonita tisq; causa. Quod si hoc ita se habeat: comprehẽ sus agitur a uoluntate boni: sine qua: nec esse un quam nec fieri potest: Cum filiorum pater. tum ꝓ creationis. tum etiam alimenti: per solum appeti tum boni suscipiens. Nam bonum actiuum est: id alteri cõuenire: quã illi nequit. Quod cũ accipiat nihil: uniuersa uult esse: Nõ dico o Tati uniuersa facit: faciens enim longo quodã tẽpore: deficiens ac indignum est. Siquidem interdũ facit: iterdum cessat: egenum quidẽ & quãtitatis: pariter & quali tatis. Nõnunq̃ qualia & quanta disponens: alias

horum contraria. Deus autem & pater & bonũ: eo ipſo quod omnia eſt. Tale igitur ei quidem iſta precipere poteſt Etenim hoc uult eſſe:& ẽ. Et ipſũ maxime uero ipſi:nam cætera oĩa ꝓpter ipſum. Proprium quippe boni:o Tati ſeſe notum prebeř id bonum eſt o Tati. TATIVS. Viſionis pater bonæ & pulchræ nos participes redidiſti. Vnde meæ mentis oculis uiſiõe quaſi iam expiatus eſt. TRIS: Neq; uero quemadmodũ ſolis radius: fulgore nimio:corrumpit oculos:calligánteſq; reddit: ſic ipſius boni cõſpectio. Illuſtrat enim:atq; oculi lucẽ eo magis exauget:quo quis capere magis poteſt intelligibilis ſplendoris influxũ. Velocior eſt & acutior diuina lux ad penetrãdũ: ĩnocentiaq; & inmortalitate ſingula complens. Qui nitorẽ hũc a corpore uberius haurire poſſunt: Obdormiũt ſæpenumero a corpore ad aſpectum pulcherrimũ: quemadmodum Celius & Saturnus nr̃i ꝓgenitores aſſurgũt. TATIVS. Vtinã & nos pater. TRIS. Vtinam o fili. Ad huc tamẽ ĩbecilliores ſumus ad cõſpitiendũ. Tunc autem poterimus mentis oculos eleuare:bonũq; decorem incõprehenſibilem q; proſpicere:cum nihil de illo prorſus dixerimus Eius cognitio diuinum ſilentium eſt:& intẽta õniũ applicatio. Qui id intelligit: nil poteſt aliud cogitare. Qui id meretur: nil præter ipſum aliud intueri .Qui id audit: nil audire poſt ipſum: neq; corporis & ſui mẽbra moueř. Vniuerſis ꝑfecto

corporis sensibus motibusq; solutus : intrepidus agit. Nam qui totum circũlustrat undiq; : mentẽ totam quoq; irradiat : animã abstrahit totã a corpore : totam in essentiã deniq; dei trãsfigurat. Impossibile.n. o fili animã hominis : in corporis fece iacentem diuinã assũmere formam. Neq; licet etiam dei pulchritudinem contueri : nisi quis ante in deum fuerit reformatus. TATI. Quonam pacto id dicis o pater? TRISME. Omnis animæ distributio o fili. TATI. mutationes autẽ quonã mõ iteri distribuentes? TRISME. Nũ ĩ his quæ generatim diximus audisti : quẽadmodũ ab una mũdi totius anima : uniuersæ profluunt animæ per omnẽ mundum tanq̃ distributæ circũcurrentes? Harũ utiq; animarum mutationes permultæ : parti sane in melius fœlitiusq; : parti autẽ in contrarium. Nã reptiliũ quædã : ĩ aq̃tilia transmutantur : aquatiliũ animæ : in terrestria migrant : terrenorum in uolatilia scandunt : aereorum uertuntur in homines : hominũ deinde ĩmortales animæ : in demones transeũt demũ ĩ deorum chorum fœliciter reuolant. Chori deorũ gemini. uagãtiũ unus : non uagantiũ alter. Atq; hæc est suprema animæ gloria. Anima uero in corpus humanũ delapsa : siquidẽ mala perseuerauerit : non gustat immortalitatis quicq̃. neq; bono etiam fruitur. Reuoluto autem itinere in reptilia præcipitans : hæc utiq; adiudicatio penaq; est animæ malæ. Prauitas animæ : ignorantia. Aĩa

naturæ rerum bonique iſcia:orbata oculis:corpo
ris ſeſe paſſionibus iplicat. Aia
.i. mali demõis ritu corruta:ſeipſam ignorans:abi
ectis corporibus:mõſtriſq; d̄formibus:ſeruit. Cor
pus ſuũ uelut onus infeſtũ circunfert:nõ preſidẽs
corpori : ſed ob ignorantiam ſubiugata. Contra
uero uirtus animæ cognita ẽ. Eruditus.n.re uera:
bonus:pius:diuinus. TATIVS. Qui hic eſt o pr̃ ?
TRISME. Qui nec loquit̃:nec audit multa. Qui
duobus ſermonibus:ſeu dicendis ſiue audiendis:
intendit.& pugnat in tenebris. Nam deus:& pr̃:&
bonum.nec lingua pronunciatur:neque percipit̃
auribus. Cũ hæc igitur ita ſe habeãt i oĩbus:quæ
ſunt ex eo:quod ſeorſum ab illo eſſe nequeunt:ſẽ
ſus inſunt. Inter cognitionem aũt:ac ſenſum:mul
tum itereſt. Senſus enim ſuperantis motus exiſtit
cognitio: ſcientiæ terminus. Scientia dei donum
ſiquidem una quæq; ſcientia incorporea mente u
tens ut organo : mens autem corpore. Quãobrẽ
utraq; in corpora : tum intelligibilia: tum etiã ma
terialia : recurrunt. Ex oppoſitione .n & cõtrarie
tate cõſtare omnia neceſſe eſt: neq; aliter ſe habere
poſſibile eſt. TATI. Quis igitur materialis iſte de
us ? TRISME. Mundus : pulcher quidẽ: non ta
men bonus. etenim ex materia conſtat : paſſioni
busq; ſubiicitur. Primuſq; eſt eorꝝ : quæ patiunt̃
Secundus autem eorꝝ quæ ſunt. Indigus : præte
rea ſuapte natura factus ; aliquãdo ſemper exiſtẽs

d

consistens i generatione atq; genitus: qualitatũq; &quantitatum omnium genitura. Mobilis enim. Omnis auté materialis motio: generatio dici debet. Intelligibilis quoq; status hoc pacto: motum materialem agitat. Quoniã mundus spera est. i. caput. nec supra caput materiale quicquam. Quéadmodum neq; aliud sub pedibus inteligibile: at materialia cuncta. Mens uero caput in circulũ agitatum. i. secũdum naturam capitis motũ. Quotcũque igitur cõtigua sũt: capitis illius pellicule: quæ sane anima est: imortalia nata sunt: quasi corpus sit in anima cõstitutum: animamq; habẽtia: plena sunt corpore. Vero quicquid a pellicula procul in qua sunt: quæ magis participant anima: corpus existit. totũ uero animal est. Itaq; mundus ex materiali quodam & intelligibili: compositus est. Mũdus animal primum: homo secundũ: post mũdũ: animal. Primum auté animalium reliquorum. quodcunq; uero anime munus conceditur aliis homo quoq; possidet. Neque solum nõ bonus sed malus etiã. utpote mortalis perpenditur. Mundus enim non bonus: quia mobilis: nõ tamé malus: quoniã immortalis. Homo autem tũ quia mobilis: tũ ét quia mortalis: malus esse censetur. Anima hominis i hunc uehitur modum. Mens i ratione. ratio i anima. amima i spiritu. spũs in corpore. Spiritus per uenas arteriasq;: sãguinemq; diffusus: animal ũdique ciet: moléq; corporis suspensã substinet: atq;

circumfert. Vnde decepti quidam: humorem sanguinis: animã existimarũt. nos plane latuit. quia ĩ primis oportet spiritum ad animã usq; manere. đ inđ sãguinem coalescere: uenasq; & arterias cauas extendi: demum resolui animal: eamq; morté corporis esse. Ex uno aũt principio cuncta dependẽt principium: ex uno atq; solo. Et principiũ quidẽ mouetur: ut rursus extet principium. Ipsum tamẽ unũ prestat: nec ab unitate discedit. Tria igr̃ hæc sunt: Deus pater bonũ: & mundus: & homo. Mũdum deus habet: mũdus hominem. Mundus dei filius: homo genitura mundi. Neq; enim ignorat deus hominem: sed curam eius habet. ab eoq; cognosci se uult. Hæc unica salus homini: cognitio dei. Hæc ad olympũ ascensio. Ex hoc uno dumtaxat anima bona: neq; interdum quidẽ bona: alias autem mala. at secundũ necessitatẽ. TATI. Quomõ id asseris o mi Trismegiste? TRIS. Hoc inquã assero. animam pueri contemplari seipsam: nõdũ ex natura sua ꝓpter corpus egressam: nondũ eni corpus omnino cõpactũ ẽ: ac seipsam undiq; pulchram cõspicere. Nã haud corrupta est adhuc a corporis passiõib⁹: mũdi totius aĩa tũcq; depẽdẽs. Cũ uero cõpactũ ẽ corpus: animãq; ĩ sui molẽ dispergit: & distrahit: tũc illa obliuioni subiicit̃: pulchriq; ac boni uisione priuatur. Obliuio autem ipsa improbitas est. Idemque accidit iis: qui egrediunt̃ ex corpore. Recurrente .n. aĩa ĩ seipsã:

ſpiritus in ſanguinem: anima in ſpiritum cōtrahit.
Mens a uelaminib9 libera & diuina exiſtés: ſuapte
natura igneum ſortita corpus: per loca omnia cir
cūuagatur. animamq; iuditio iuſto ac merito ſup
plitio dereliquit. TATIVS. Quo pacto id ais o
pater? TRIS. Mens quidem ab anima: anima ue
ro a ſpiritu ſeperatur. Indumentū mentis anima.
Indumentū animæ ſpiritus. Cointelligere oportet
o fili cum dicente auditorem: atq; cōſpirare: audi
tumq; acutiorem uoce dicentis hr̄e. Harum o fili
ueſtrū cōuolutio in corpore terreno cōficitur. Siq
dem nudam ſecūdum ſe menté i terrea ſiſtere mo
le penitus impoſſibile. neq; enim potis eſt terrea
fex mēté adeo diuiná ſuſcipere: neq; tantū numé
patibili confirmatū corpore ſuſtinere. Aſſumpſit
ergo mens animam uelut amictum. Quin ét aīa
diuia exiſtés uehiculo ſpiritus utit. Sp̄s animal
totū pcurrit. Itaq; cū primū més a terreno corpor
ſoluitur: proprium mox ſubit amictum igneū: ui
delicet corpus: quo ſane quandiu circūtecta eſt: i
terreum corpus turgeſcere nequit. Terra namque
ignem minime ſuſtinet: tota ſiquidem ab exigua
ſintilla cremaretur. Qua đ cauſa terrenæ moli cir
cumfuſus eſt humor: quaſi quodam ad combuſti
onem ignis obſtaculum: qui cum acutiſſimus ac
uelociſſimus ſit omnium diuinorum cōceptuum
ſingulorum cōprehendit elementorum corpora
Etenim ipſe coelo℞ artifex: igne potiſſimū ad ſuá

fabricã utitur. Opifex quidem totius: utitur omminibus. oĩs autem faber iis quæ sunt circa terrã. orba nanque igni mens hominis: ad humanáq; dispositionem dumtaxat idonea. diuina cõstruere nequit. Humana certe anima: non oĩs quidem: si pia beataq;: diuina: postquam uero huiuscemodi aĩa per mortem a carcere corporis est exempta: cum omnis subierit uirtutis: pietatisq; mandata: certe aut mẽs: aut deus efficitur. Certamen autem religiosæ pietatis: hoc est. Recognoscere deum: iniuriã inferre nemini. anima tamen impia ĩ natura propria remanet: ac seipsam nimiũ crutiat: corpus querit quod ingrediatur terrenum & humanũ. Aliud quippe corpus quã humanũ: animã nõ capit humanam: neque fas est in corpus animantis ratione carentis: animam rõnalem corruere. Lex enim diuia generationem tam nephariam prohibet. TATI. Quo igitur modo crutiatur o pater hõis anima? Quodue supplitiũ huius animæ grauius? TRIS. Impietas o fili mi Tati: cuiusnam ignis ardentior flamma: quam impietatis est? Quænam fera mordax ita corpus lacerat: ut inpietas laniat animã? Nõne uides quot malis animus premitur impius? Heu sic fili uociferatur ĩpius animus. Vror: absumor: quid agam nescio. Deuorant me miserũ mala undiq; confluentia: non uideo quicquam: heu miser non audio. Tales afflicti sunt animi uoces. Talis naturæ congrua mulcta: nõ qualẽ tu forte

Anime mulcta

fili:& alii quidam arbitrantur:quibus uidetur aīa nostra: postquā est humanā exuta figurā ī corpora degenerare brutoꝝ. Hic enim impius error .uerum castigationis eius modꝰ alter. Mens utiq; cū demon efficitur:ad obsequium dei iubetur igneū capescere corpus:inde in animam trāsfusa nephariam:causam flagellis uerberat peccatoꝝ. his aīs uerberatus iniquus ad neces:cōuitia: obiurgia: rapinasq; uarias sese uertit.ad ea deniq; per quæ deliquūt homines:uniuersa delabitur. At cum ī sāctā mens influit animā:extolit illam ad sapiētiæ lumē Hec anima postmodū nunquā somni torpore lāguescit : sed & uerbis pariter:& operibꝰ humano fert opem generi:iuuatq; modis oībus suum sēp emulata parentē. Quam obrem oportet o fili nos agentes deo gratias:obsecrare:ut bonæ mētis participes efficiamur.ī melius quidem anima migrat: in deterius nunquā. Est ēt animarum cōmunio quædā deorum. animæ cōmunicant hominū animis. Deus se cōmunem singulis exhibet. prestantior enim cunctis ille. Cuncta autē illo sunt imbecilliora. Mundus deo : homo mūdo:homini brutū subiiciatur. Deus super omnia est:& circa omnia. Dei radii actus existunt:mundi radii sunt naturæ radii uero hominis artes atq; scientiæ. Per mundū exercentur actus:iiq; in hoiem: per mundi radios naturales descēdūt. Naturæ ꝑ elementa:homines per artes atque scientias. Hæc utiq; mūdi totius

administratio ex unius natura dependens: perq; unam materiem recte discurrens: qua nihil ualidius: nihil diuinius: nihil deniq; magis unitũ. Hominum ad deos: ad homĩes deo℞ cõmunio. Iste bon⁹ est dæmon: anima: quæ hoc plena est: beata est. misera uero: uacua. TATIVS. Quanã ratione id ais o pater? TRISME. Scito mi fili: quia anima õnis habet ipsum bonũ pro mente. De hac enim præsens nobis est sermo: non de ministro huius: quẽ supra diximus: ex iuditio demissum ad ĩferos. Anima: mentis præsentia destituta: nec agere quicquã nec dicere potis ẽ. Sæpe uero mens extra animã: quo quidem ĩ tempoꝛ nec audit: nec uidet anima: sed animali similis est ratione carenti. Tanta ẽ potentia mentis: quæ animam huiusmodi deserit: implicitam corpori: & ab eadem tractam ad infera. Talis anima fili mi mentẽ nullã habet: Ideoq; nec hominẽ hunc appellare phas est. Homo siquidẽ animal est diuinum: nec est cum terrenis brutis: sed cum diis cœlestibus cõparandus. Quinimmo si audendũ est ue℞ fateri: homo uerus uel cœlicolis est prestãtior: uel saltem pari sorte potitur. Etenim quicunque cœlitum descendit ad terram: cœli limitem deserit. Homo autem ascendit in cœlũ illudq; metiẽ. Nec eum fugit: quæ ima sũt: quæue sublimia. Ac ꝛliqua omĩa diligẽter ĩqrit. Quodque maius ẽ terrã qdẽ haud dimittẽs: ĩ cœlũ attollit: tã ampla ẽ humãe naturæ potestas. Quãobrẽ:

Homo animal diuinum;
homo prestantior coelicolis.

Hō deus mortalis ē:

Deus immortalis homo

Deo omnia subiiciunt.

audendum est dicere. hominē quidem terrenū: deum esse mortalem. Deū uero cœlestem: īmortalē hominē. Itaq; hoꝝ uirtute duoꝝ: hominis scilic& ac mundi: gubernātur singula. uni demum cuncta subiiciuntur.

## MENS AD MERCVRIVM:

d Esine tā diu disserere o Trismegiste Mercuri. Sile: iam ante dictoꝝ reminiscere: Etenim sensum tibi meum nō pigebit exprimere. eoq; magis: quo multæ & uariæ īter mortales: de mūdo deoq; opiniones pererrant. TRIS. Equidē ut ingenue fatear huius rei ueritatem: nōdum teneo ipse. ergo mi domine puram exprime ueritatem. nam unicum te elucidare talia posse cōfido. MENS. Audi me igr̄ o fili. Tēpus: deus: & uniuersum: sic se habent. Deus eternitas. tempus generatio. Deus eternitatē: eternitas mundum: mundus tempus: tempus generationē efficit. Dei quasi essentia est: bonum pulchꝛꝝ. beatitudo. sapientia. æternitas. essentia. ipsum idem. mūdi ordo. temporis transmutatio. generationis mors & uita. actus dei mens & anima. æternitas. perseueratio. atque immortalitas. mundi institutio & restitutio. tēporis augumentum & diminutio. generationis denique qualitas. Aeternitas ergo ī deo. in æternitate mundus. tempus in mundo. Intempore generatio. æternitas extat circa deū. Mundus ī æternitate

mouetur:tempus terminatur i mundo.generatio cōplectitur in tempore.fors itaq; omninm deus. essentia uero æternitas. Opus æternitatis est mūdus. factus quidem nō aliquādo:factus autem sē per ab æuo. Cum uero nunquam cesset æuum: nunquam cessabit & mundus. Cumq; sit mund9 æternitate comprehensus:nulla mundi pars iterit TRISME.dei uero sapiētia quid est? MENS.Bonum:pulchrū: beatitudo:omnis uirtus & æuū. unde immortalitatem prestat æuum: pseuerantiā materiæ tradens. Origo enim materiæ pendet ex æuo: quemadmodū ex deo æuum. Generatio q dem ac tempus naturæ geminæ. & i cœlo sunt & in terra.in cœlo sane immutabilia sunt. Hæc duo atq; immortalia:in terra mutabilia corruptiōiq; obnoxia. Aeternitatis anima deus est:anima mundi æternitas:terræ anima:cœlum. Deus in mente: mens in anima:anima autem in materia. omīa uero ista per æuum:totum hoc corpus.in quo corpora omnia anima mente: deoq; plena:itima mūdi replet:cōplectitur extima: uitam oībus hæc sugerit.extrinsecus quidem: igenti huic pfectoq; animali mundi:intrinsecus autem cæteris quæ isūt mundo uiuentibus. Supraq; i cœlo:quod idē est: ōnia sistens ifra uero i terra:generationē agitans. Mūdū ꝑfecto cōtinet æuū.siue p necessitatē; seu ꝓuidētiā:uel natura. Et siquid aliud quis cogitat: uel ēt cogitabit unquam:id ōne deus agit. Actio

dei potestas isuperabilis: cum qua nec humanam: nec diuinam ullam comparare quis audeat. Caue igitur o Mercuri. ne quid inferorum: ne quid ét supnorum dei simile céseas. nam a uirtute penitus aberrares. Nihil quippe simile est: quod dissimile solumque & unum est. Neque cuipiam putes eã dem: quæ deo uim adesse. Quid enim post illum tale: & ad immortalitatem: & ad qualitatis trásmu tationẽ? quid auté præter hoc aliud deus efficiet? neque enim ociosus est deus: nam ociosa forent omnia. Cuncta siquidem plena sunt deo: ociũ ue ro innullis mundi partibus reperitur. nomé pfec to uanum est ocium. tum secundũ id quod agit: tum etiam secũdum id quod agitur: uniuersa fieri necesse est: ac semper fieri secundũ loci cuiusq; na turam. Agens non uni præsés est tantũ: sed omni bus nec unũ dumtaxat uerũ uniuersa producit. Nam efficax existens in se ipsa potestas: in iis quæ facta sunt minime sufficiens est. Sub ipsa enim sũt opa ab illo progenita. Age: contemplare: pro me subiectum tuo cóspectui mũdum: atq; eius dilig é ter circũspice formam. inuiolabile corpus: quo ni hil antiquius per omne qdem adultum ac uirens. Inspice præterea mundos septé suppositos: orna tu mirifico fabricatos: ordine sépiterno: cursu suo differenter cóplentes æuũ: plena lumine singula: ignis uero in illis nullo modo. Amicitia enim cõ trariorum: dissimiliumq; cõmixtio. lumé instituit

Deus nunq ocio sus:
Nulla mundi pars ocissa:
Deo plena sunt oia:

illustratū ab actu dei:bonorꝝ omnium genitoris:
totius ordinis principis:septemq; mūdorū ducis
eterni:lunam uero cæteris præcurrentem:naturæ
organum:inferiorem materiam trāsmutanté.Ter
ram in mundi medio sitam: pulchri mūdi subselliū
nutrimentū terrenorū omnium:eandemq; nutri
cem. Meditare numerum mortaliū: immortaliūq;
uiuentium.medium uero quasi cōfinium utrorū
que:mortalium uidelicet atq; imortalium: lunam
ipsam circueunté. Anima rursus omnium plena:
propriis ab ea motibus agitata:partim quidé circa
cœlum:partim uero circa terram: nec ea quæ dex
tra sūt ad sinistra:neq; leua ad dextra. Item nec su
pa ad ifera:nec ifera iterū ad superna. Quod aūt
hæc oia gesta sint o dulcissime mi Mercuri:nequa
quam nunc opus ē:ut me differente perdiscas. Nā
corpora sunt:hēntq; animā:& mouētur. Hæc au
tem in unū congredi absq; congregantis uirtute
ipossibile est. Oportet igitur aliqué esse talé ac pe
nitus unū. Nam cū multi:uariiq; sint motus:& dis
similia corpora:unus autem ordo uelocitatis in ō
nibus:impossibile ē duos aut plures esse factores:
neq; enim ordo unus ꝓbaretur i multis. Præterea
qui iter illos ibecillior esset: potentiori nimirum i
uider&:ex quo seditio quædā exoriretur. Itaq; si u
nus eorum auctor mutabilium animalium exti
tisset: cuperet quoque immortalia gignere quem
admodum genitor imortaliū affectar& mortalia.

Quin etiam una existente anima: unaq; materia ad quam illorum potissimum fabricatio ptinet. Quod si ad utrũque: ad quam puincia maior? sic auté cogita. õne corpus uiués seu mortale siue in mortale ex materia cõstat & aia. õnia sane uiuétia corpora animata sunt: non uiuétia uero: nuda pe ne in omnia. Anima quoq; similiter secundum se ipsam suo propiqua parenti: uitæ causa é. uitæ au tem causa: est quilibet imortalium. Quonam igi tur modo: mortalia uiuentia differunt a mortali bus? itemq; ab immortalibus imortalia? esse itaq; horum omnium auctoris præ cæteris est præci puũ. Nam aia una: uita una: una quoq; materia. Quisnam iste quis alter præter unicum deum? Num alteri cuipiam quam soli deo conuenit pcre are uiuentia? Vnus itaq; deus mundum unũ est confessus: & solem unum: unicam lunam: unam quoq; diuinitatem. Ipsum uero deum quot credi mus esse? Vnus igr̃ singula facit ĩ multis. Num cé ses arduum quiddam & laboriosum deo. uitam: a nimam: immortalitatem: mutationemq; efficere? Tu enim tot tãtaq; potes: uides: audis: odoras: gu stas. tangis: loqueris: graderis: spiras: intelligis. Neq; alter est in te: qui uidet: quiue audit alter. Nec loq tur unus: graditur alius: hic odorat: ille gustat: hic spirat: intelligit ille. At unus hæc oia præstat: neq; etiam possibile est illa sine dei materia fieri. Vt eni qui cessat ab iis: non est amplius animal: sic qui ab

illorũ cõstructione cessaret: minime deus esset. id autem suspicari nephariũ. Quod si concessum nihil in rerum natura consistere: cui nõ insit naturalis quidam agẽdi uigor: simulq; certi operis executio: quanto magis asseuerandum est deo nõ desse potestatem omnium & effectum? Nam quicqd ociosum: imperfectum: imperfectum dicere deũ nephas. facit igr̃ omnia deus. Nunc mihi id paulũ temporis o Mercuri totus adesto: ipsũ te mihi dedito: opus dei confestim intelliges. Hoc opus adesse necessarium erat: ut essent ea quæ fiunt: quæue fiebant: & quæ fient in posterum. Id autem o suauissime mi Mercuri uita est: id uero pulchrum: id autem bonum: id deniq; deus. Sin autem petieris ut hæc tibi p exempla operum ante oculos ponã: aduerte quid tibi accidat generar̃ uolenti. nõ tamẽ illius hoc simile. Ille siquidem non diffunditur uoluptate: non habet operis adiutorem. Suapte natura efficax: ui propria operans uersatur: in opere semper existens ipse: quodcunq; fecerit unq̃. Si q̃do i fluxũ suum ille subtraxerit: defitiente uita: i mortẽ corruent uniuersa. Cũ uero uiuant oĩa: unaq; sit uita conctoꝝ: unus ẽ deꝰ. Rursus si oĩa uiuẽtia sunt: & quæ in cœlo uidentur: & quæ iacent i terra: una aũt uita cũctoꝝ manat ex deo. atq; ipã & ipe est deus. ab uno fiunt oĩa cõditore. Vita uero est unio mentis & aiæ: mors aũt nõ pnitics cõcretoꝝ: sed unionis plurium dissolutio. imago

Mūdus nūq̄ i̅terit

Mundi Passiões

Reuolutio et occultatio:

Mundus oīformis

Peregrinas formas nō admittit

ergo dei æuū: æui mūdus: mūdi sol: solis autē homo. At uero mutationē quandā populi mortem esse arbitrantur: ob eam causam: quia moles resoluitur corporis: uita se reuocat in occultum. Equidem o dilecte Mercuri, mūdum quidē mutari hac te doceo rōe: quia quædam illius particule i occultum iugiter abeunt: nunquam tamen interire illū existimato. Hæ profecto mundi sunt passiones: reuolutio scilicet atq; occultatio. Reuolutio quidem conuersio. occultatio aūt renouatio est. Omniformis præterea mundus formas haud sane aduēticias: peregrinasq; suscipit. uerū ipse eas i seipso coagitat: etiam omniformis mundi similis erit: at si unitam formā habuerit, in hoc erit mundo deterior. Quid itaq; dicemus ad hec: ne obsecro i ambiguo resistamus. Quod enim i diuinis ambiguum nondum cognitum: unā igitur hab& ideam. huius autem idea propria cum apectum fugiat oculorum: incorporea est. formasq; p corpora singula exprimit. Neq; ulla te prorsus admiratio teneat: quia sit quædam icorporalis idea. est enim qualis idea sermonis & i scriptionibus apices. uidentur. n. pmultum excedere: planæ tamen ex natura: leuesq; sūt: Meditare autē quod nūc dicetur audentius: quodque uerius ēt asseretur: quēadmodū homo nequit sine uita uiuer̄: ita nec deus uiuer̄ potest: nisi bona pducat. Hæc. n. dei uita: hic eius: actus agitare singula: uitamq; ōnibus i̅spirar̄. Quædā uero eorū

quæ supra diximus: certam quandam requirunt i telligentiam. Considera jn hoc exemplo: qd potissimum significare uelim. Omnia sunt ideo: nõ tã quam i loco posita. Locus enim corpus ẽ imobile: atq; ea quæ posita sunt: motu carent. Locatur qppe aliter in corpore: aliter i phantasia. Cogita sigula cõtinẽtem: cogita nihil esse quã icorporalis natura capacius: nihil uelocius: nihil ualidius: ipsũq; omnium capacissimum: uelocisimũ: potentissimũ Sic iterum a teipso incipiens meditare: atq; animæ tuæ precipito: quæ citius quã precipies euolabit. Iubeto iquã: ut transeat in occeanũ: illa prius quã iusseris ibi erit: ide ubi nunc est: nequaquam discedens. Iubeto iterũ ut in cœlum uol&. nullis penis egebit: nihil eius obstabit cursui: nõ solũ incendiũ: nõ ætheris amplitudo: nõ uertigo cœlorũ: nõ siderum reliquorũ corpora: quin penetrans omnia: ad supernũ corpus usq; transcẽdat. Quinetiã si uolueris globos omnes transire cœlorũ: quodq; superius est iuestigare: id quoq; tibi licebit. Aduerte quãta sit aĩæ tuæ potestas: quãta celeritas. Tu ne potes ista? Deus nõ possit. Hoc igit pacto cõtẽplare deũ: ut i se ipso itelligẽtias õnes habẽtẽ: habẽtẽq; seipsũ ceu mũdũ penitus uniuersũ. nisi te deo equaueris: deum nunq̃ intelliges: nam simile semper a simili suo cognoscitur. Extende teipsum i magnitudie sine termino. Emerge ex corpore: totũ supgredere tẽpus: æternitas esto. Sic deum denique noueris.

impossibile nihil in teipso suppones. Teipsum im mortalem puta: comprenhendere cuncta potenté scientiam omnem atq; omné pariter artem. Om ni sublimitate sublimior esto: õni fũdo ꝓfundior sensusq; factoꝝ tuoꝝ singulos i te colligito: ignis aquæ: aridi: humidi. Adesto simul mundi partib⁹ omibus. cœlo: terræq;: mariq;. per omné ætatem: ext corpusculi tui uentré habitato: ꝑ morté nihil interire putato. Cuncta hæc simul cõprehendito: loca: tempora: moles: qualitates: & quãtitates: sic đ um intelligere poteris. Contra si animam tuam in corpus demerseris: ipsamq; abieceris: iisq; te uerbis in cenum ꝓstraueris: neque scio quicq̃: neque scire etiam ualeo. uastum horreo maris fundum: in cœ lum uolare nequeo. non noui quid nunc sim: non noui quid sim futurus in posterum. Quid tibi cũ deo? neque enim potes: cum sis malus: corporisq; fetidi seruus: ipsũ pulchrũ: bonũq; ꝑcipere. Extre ma uero prauitas nõ recognoscere deum. At uero confidere: atque sperare se bonum aliquando repi re posse: uia quædam diuina est: ad bonum recto tramite ducens: facilisq; & peruia. passim procedé ti tibi semper: occurret ambulanti: nauiganti: die: nocteq; loquenti: pariter atque tacenti. Nihil est e nim i rerũ natura: quod nõ aliquã præ se ferat di uinitatis imaginẽ. TRISMEGISTVS. Nonne in uisibilis deus? MENS. Religiosius loquere. Tri smegiste. nam quis illo lucidior? Ille quippe oĩa ob

eam causam fabricauit: ut eum per singula cerneres. Hæc dei bonitas: hæc eius uirtus est. illũ fulgere p omnia: nihil est uel incorporeis etiam inuisibile: mẽs ipsa itellectõe uidet. De9 in opatione conspicitur. Hæc hactenus enodata tibi sit Trismegiste: cætera omnia ipse per te iam p scrutaberis: neq; falsa ueritatis imagine decipieris.

MERCVRII AD TATIVM DE CõMVNI

m Ens quidem o Tati ex ipsa dei essentia: si qua tamen est eius essentia: nascit. Hæc qualiscunque sit: sola seipsum sincera cõprehẽdit. Mens igitur ab essentia di nequaquam diuisa: sed illi potius eo modo connexa: quo solis corpori lumen. Hæc mẽs deus est in hominibus: atq; iccirco nõnulli ex hominũ numero: dii sunt: eorũq; humanitas est diuinitati quam pxima. Etenim bonus demõ deos quidẽ prædicat imortales hões. homines aũt mortales: deos. in animalibus autem irrationabilibus mens illa natura est. Nam ubicunque anima: ibi quoq; mens: quemadmodũ ubicunq; uita: ibi etiã anima in uiuentibus: absque rõnis discursu. Anima est uita uacua mentis: mens quippe adiutrix est hominum animarum: eas in bonum pprîũ reuocans. In animalibus ratione carentibus cũ natura cuiusque operando congreditur. in animis hominum resistit interdum: atque repugnat. Anima siquidem infusa corpori: a uoluptate atque dolore

cõtinuo d͞prauat. ex corporis.n.cõmixtiõe uolup tas & dolor:ceu riuuli quidã scaturiunt:i quos ma dens anima suffocatur. Quibuscũq; igitur animis mẽs præsidet: suo illa fulgore illustrat:eaꝝ moribꝰ malisq; resistens.quẽadmodũ uero medicus eruditꝰ egrotantis corpus doloribus afficit: urẽdo illud:at q; secando recuperandæ ualitudinis gratia. eodem modo mens uoluptuosam affligit animam:ut radi ces uoluptatis euellat. ab hac.n.õnis aĩæ morbus: morbus animæ grauissimus: impietas est.opinio a utẽ non ad bonũ prorsus ullum: sed ad malũ poti us allicit. At uero mens illa repugnans: sic animæ bonum procurat. ut sanitatem corporis: medicus quotcunq; hominũ animæ mentẽ nequaq̃ sortitæ sunt: gubernatricẽ eandẽ: quæ & brutorũ animæ patiuntur. Dimittit eas mẽs cupiditatum imperio ad quaꝝ expletionẽ ardenti quodã impetu perferũ tur:rituq; feraꝝ imoderate & irascũtur:& cupiunt Quodq; deterius est: nec finẽ imponunt libidini ul lum: nec malorum inueniunt passionumq; termi num. Hisce uelut littorem: ut uindicem deus legẽ proposuit: TATIVS. Hic o pater disputatio illa de fato: quam in superioribus inperfectam reliqui mus reuiuiscit.Nam si decretum sit quosdam adul teros:quosdam fore sacrilegos:cur aliquis ide mulc tatur? quando quidem compulsus fati necessitate deliquerit. TSISMEGISTVS. Omnia sunt fa ti opera fili. absq; illo nihil est corporaliũ: non bo

num: sine illo quicq̃ potest: nõ malum fieri sine il lo. Decretum est eum quid turpe quid commiserit pati: ille ob id committit: ut patiatur id quodcũ q; patitur quando commiserit. Cæterum de fati ac delictorum suppliciis: in aliis diximus. Præsens ue ro nobis est sermo de mente. Quid mens ualeat: q̃ differens in hominibus ac brutis sit eius instinct9 atq; iterum quo modo i brutis quidem non ẽ mẽs ipsa benefica: in hominibus autem libidinis impe tum cohibet: iracundiæ restinguit ardorẽ. Ex quo sequitur: ut inter homines: irrationales quidam: nonnulli rationales existãt. Cuncti uero homines fato: generationi: transmutationi subiiciuntur. Initium quippe: finisq; fati duo hæc: generatio sci licet ac transmutatio. Et homines uniuersi quidẽ patiuntur id: quod instituit fatum. Verum ratio nales illi: quibus diximus mentem ceu gubernatri cem assistere, non eodem modo: quo cæteri patiũ tur: immo ab improbitate alieni: existentesq; non mali: patiuntur minime malum. TATIVS. Quomodo rursus hæc ais o pater? TRISMEGI STVS. Adulter nõne malus? Homicida nonne malus? Homo non adulter patitur: sed quemad modum adulter. Non homicida: sed quemadmo dum homicida. Qualitatem transmutationis ef fugere impossibile est: sicut & generationis effec tum. Prauitatem uero mentem habenti uitare lic&

Dæmo bonus

Quamobrem ego mi fili bonum semper dæmonē audiui dictantem: qui si litteris quæq; monumēta mandasset: mira quædam in dies humano generi emolumenta conferret. Solus ille mi fili tāquam ipse pro me genitus deus: uniuersa conspiciens: diuina in nos effudit oracula. Hunc eqdem audiui sic aliquando predicantem: unum omnia sunt. præsertim intelligibilia corpora uiuimus potentia: actu: æternitate. Mens huius bona: quēadmodum & eius anima bona: cū id ita se habeat: nihil est itelligibiliū ab in telligibili distās. Pōt p̄terea mēs priceps oiuз atq; anima dei: quæcūq; uult efficere. hæc ille. Tu igr̄ ista considera: & ad hunc quē inferam sermonē de fato: mente arrectisq; auribus adsta. Si diligēter litigiosas captiunculas euitaueris: iuenies absq; dubio: quod mens anima dei dominatur omnibus: tum etiam legi: ac cæteris uniuersis neque aliquid illorum: quæ ad fatum spectant: impossibile menti Ideoque humanus animus fato superiori: nō tamē quæ fato subiecta sūt: negligit. atq; ista sunt oracula boni dæmonis optima. TATIVS. Vere diuine: atq; etiam commode tractasti hæc o pater. At illud insuper mihi declares obsecro. Mentem in brutis operari naturæ modo dixisti: cum illorum affectib9 cooperantem. Affectus autem irrationalium: ut arbitror: passiones sunt: mēs ergo passio quædam est Sic enim passionibus conformatur. TRISMEG. Euge fili bone: q̄ generose rogas. æquū est: ut tibi

respondeam. Omnia quæ insunt in corporibus in corporea: patibilia sunt. imo passiones ꝓpriæ sūt. Omnis motus corporeus: icorporea quoq; mouētur a mente. Motus autē passio. Vtraq; ergo: tum quod mouetur: tum etiā quod mouet: patiuntur. Hoc quidē dominās: illud uero subiectū. Cum uero separatur a corpore: a passionibus liberatur. imo nihil usq̄ impatibile fili: cūcta.n. patibilia. Sed passio & patibile in hoc maxime differunt. ꝙ unum agit: alterum patit̄. Corpora uero secundū se ipsa etiam agunt. aut.n. imobilia sunt: aut mouent̄. Vtrū uero sit hoꝝ: passio est. In corporalia autem operantur semp: proptereaq; patibilia sunt. Neq; te appellationes moueant. Operatio.n.ac passio idem: uocabulo tamē magis honorando uti: nil obest. TATI. Perspicuā de iis rationē reddidisti o pater. TRIS. Illud ꝑterea cōsidera o fili: quod duo hæc soli ex omnibus aialibus homini: deꝰ ipse largitus est. sermonē.s. atq; mentē. Quæ quide eiusdē ac imortalitas premii esse censentur. Iis quisq; ad id quod decet: utitur: nihil ab imortalibus discrepat. Quin etiam corporis solutus cōpedibus: ab utrisq; ducetur in choꝝ beatoꝝ simul atq; deoꝝ. TATI. Cætera præter hominē animantia: nonne sermone utunt̄? TSISME. Nō fili: sed uoce. permultum interest uocem inter atq; sermonē. sermo cunctis communis hominibus: uox autem propria cuiusq; hominis: propria etiam cuiusq; generis animantium.

TATIVS. O pater diuersa genera hominum: diuersis utuntur sermonibus? TRISME. Diuersis o fili unus etiam sermo: qui per iterpretationem huc atq; illuc translatus: unũ deniq; uerbum existere reperitur. Verbum idem apud ægyptios: persasq; & græcos: sed uideris mi fili uerbi uirtutem: & amplitudinem ignorare. Beatus deus: demon bonus: animam esse in corpore: mentem in anima: in mente uerbum pronuntiauit. deum autem horum patrem asseruit. Verbum itaq;: imago ac mens dei ẽ est corpus quidem ideæ: idea uero anima est: purissimaq; materiæ portio aer: aeris anima: animæ mẽs mentis deniq; deus. Deus uero circa omnia: simul atq; p omnia. mẽs circa animã: anima circa aerem aer circa materiam. Necessitas autem: prouidentiaq;: & natura: organa mundi sunt: ordinisq; materiæ. Etenim intelligibilium unumquodq; essentia: essentia uero illorum: ipsum idem. At eorum quæ mundo insunt corporum: unumquodq; est multitudo. Corpora composita ipsum idem habentia atq; inuicem mutuo transeuntia: immortalitatem ipsius eiusdem perpetuo seruant. In cæteris corporibus: quæ composita sũt: corporis cuiusq; numerus est. absq; numero constitutionem uel compositionem uel dissolutionẽ fieri: ĩpossibile est. Vnitates qppe gignunt atq; augent numerũ: rursusq; solute ĩ se numerũ ẽtrahũt. Materia qdẽ una: tot9q; hic mũdus. magnus est deus: imago maioris: unitus

Hoies diversis
utuntur sermonibus.
Unus e sermo.
Anima e i corpore
mens i aia.
Verbu i mente.

illi: patris ordinem uoluntemq; seruans: uitæ tot us integra plenitudo. Neq; est in eo quicq̃ per om nem æternitatem; restitutionemq; paternã: seu ad totum: siue ad partem spectans: quod non uita fru atur: neq; est uitæ expers in mundo quicq̃: nec fu it ante: nec erit, Viuentẽ .n. uoluit pater eius: quã diu est: esse mundũ. unde deum hunc esse necesse est. Quomodo possunt o fili in deo: in totius ima gine: in plenitudine uitæ esse quædam: uita caren tia? Priuatio uitæ corrupto est: corruptio uero p nities. Quonam igitur pacto pars ulla eius quod i corruptibile est corrumpi: uel dei quicq̃ destrui po test? TATIVS. Nonne o pater animalia quæ in mundo sunt: mundi partes intereunt? TRIS. Rec tius loquere fili. Erras.n. i nomine: nõ morit̃ i mũ do qcquam: sed composita corpora dissoluuntur. Dissolutio mors nõ ẽ: sed mixtionis resolutõ quæ dam. Soluitur autem unio: non ut ea quæ sunt: i tereant: sed ut uetera iuuenescant. TATIVS. Cũ sit quædam operatio uitæ: nonne motio quædam hæc est? atq; iccirco quid i mundo imobile? TRIS MEGISTVS. Nihil o fili. TATI. Nũquid imobi lis tibi terra uidetur? TRIS. Minime: sed multis motibus agitata. sola tamen hæc quodãmodo sta bilis. An non ridiculũ esset ipam nutricẽ oium con cipiẽtẽ: parturientẽq; sigula motu carere? ipossibi le enim aliquid absq; motu parere: nec minus ridi culum: quantum id corpus sterile nuncupare:

Nõ morit̃ i mũ qcquam B dissol

Soluit̃ unio cõ positi ut uetera i[u]uenescant.

Nihil.n.aliud ipius imobilis appellatio: q̃ sterile qd dam significat. Totum hoc o fili generatim cõside ra: quod est in mundo: aut crescendo: aut decrescẽ do mouetur. Quod uero mouetur: id præterea ui uit. singula tamẽ uiuentia haud eadẽ esse necesse ẽ Simul quippe mundus uniuersus existens: totus q dem imobilis. partes autẽ eius agitabiles undiq; nihil tamẽ corruptioni subiectum: sed appellatiões quædã falsæ homines turbant. Neq;.n. generatio uitæ creatio est: sed latentis explicatio uitæ. neque mutatio mors: sed occultatio potius. Cũ hæc igĩ ita se habeant: imortalia cuncta. Materia quidem uitæ spiritus est. mens animæ. Ex mente uiuẽs õe profluit. Omne igi uiuens per mentẽ: permanet imortale. Maximo uero omnium imortalis est ho mo: qui deum capit: qui diuinæ conformatur essẽ tiæ. huic.n. soli: ex omni uiuentium genere: deus ipse congredit. nocte quidẽ p somnia: die crebrius per portenta: perque õnia sibi futura prenuntiat. per aues: per intestina: per spiritũ: perq; sibyllã. pp ter quam uere dicitur homo scire quæ sunt: quæ fu erunt: quæ mox uentura trahantur. Illud autem i primis animaduertas fili mi uelim: q unũ quodq; genus uiuentium reliquorum: propriã mundi proui tiam habitat. humida quidem aquã. terrestria ter ram. aerem uolatilia: homo autem his õnibus uti tur. terra: aqua: aereq;: & igni. Cœlum suspicit: sensuq; illud attigit. deus uero circa õnia simul atq;

Mens facit hoies immortales:

Ho' scit p[ræ]sentia preterita et futura

Solus ho' o[mn]ib[us] elementis: et cœlo utitur:

per omnia. Actus.n. est omnium: atq; potestas. nam arduum quiddam est o fili: deum percipere. Hunc quotiens intueri uolueris: aduerte mũdi ordinem: atq; ordinis eius ornatum. Aduerte necessitatem eorum: quæ sensu percipiuntur. prouidẽtiamq; cunctoꝝ: quæ facta sint ante: & quæ quotidie fiunt. Aduerte plenam uitæ materiam: talem ac tantum deum cum omnibus bonis: & pulchris diis: demonibus: atq; hominibus incedentem. TATIVS. At istæ o pater operationes quædam sunt. TRISME. Ah fili unde hæc: nisi ab ipso deo proficiscuntur? num ignoras: quod quẽmadmodum mũdi partes sunt coelum: aqua: terra & aer. eodẽ modo dei membra. uita: immortalitas: necessitas: prouidentia: natura: anima: mens? Horumq; õnium perstipatio: ipsum bonum: neq; fit aliquid usq: nec est factum: ubi deus ipse non adsit. TATIVS. In materia ergo pater. TRISME. Materia fili mi seorsum est a deo: ut locus ille proprius assignetur. Quid aliud illum existimas: q̃ rudem: īdigestamq; congeriem hanc existere posse? ne credas nisi formetur. Quod si formatur: ab aliquo certe formatur. Operationes eni formandi: partes dei esse diximus. A quo ergo uita donãtur animantia singula? A quo fiunt immortalia: quæ immortalitatis munere perfruuntur? A quo mutantur: quæ mutabilia sunt? siue materiam: seu corpus nuncupaueris: dei actus esse memẽto. Actumq; materiæ

materiæ rationem. actum corporeum: corporum rationem. actum essentiæ: essentiæ rationem. Idq; omne: neq; quicq̃ est in omni: quod non sit ipse deus. Itaq; nec magnitudo: neq; locus: neq; qualitas nec figura: neq; etiam tempus circa deum. Omne enim est. Omne autem circa omnia: atq; per oĩa. Hoc uerbum o fili cole atq; adora. Cultus autem dei unus est: non esse malum.

## MERCVRII AD TATIVM FILIVM SVVM DE GENERATIONE ET IMPOSITIONE SILENTII. TATIVS.

i N communibus pater sermonibus per ænigmata quædam: ac sine declaratione ullius adiũctionis: de deitate tractasti. asserens ante regenerationem saluum fieri neminem. Equidem dum ascendebas in montem: supplex tibi tũc astiti obsecrans: ut mihi regenerationis rationẽ aliq̃do reserares: id.n.solũ restabat tũc mihi discendũ. Tũc demũ spopondisti te reuelatuꝝ: cũ a mũdo forem alienatus. Ecce iam paratus sum pater: a mẽte mea mũdi deceptiones excussi. Tu ergo serua ꝓmissa. Regeneratõis modum uel palam: uel clanculũ: ut lubet ediscere. Ignoro o Trismegiste: qua ex materia quo q; semine nat⁹ fuerit hõ. TRIS. O fili cõtẽplatiua ĩ silẽtio sapiã: semẽ ei⁹ ueꝝ bonũ. TA. quonã serẽte pater? hoc.n.ignoro. TRI. uolũtate di

mi fili. TATIVS. Et quanti est qui non est genitꝰ expers enim itelligibilis essentiæ: quod si aliter se habeat: qui gignitur: deus erit dei filius. TRISME. Omne in omni: constans ex omnibus potestatibꝰ TATIVS. ænigmata fingis o pater: neqꝫ patris more cum filio loqueris. TRISME. Hoc genus o fili non eruditur. uerbum quotiens uult: sub insinuatione quadam in dei memoriam reducitur. TATI. Impossibilia infers: ac nimium uiolenta. qua propter his cupio contradicere. TRIS. Admodum discrepas a paterno genere Tati. TATI. Ne inuideas mihi pater: legitimus. n. sum filius. Age præcor: regenerationis modum me doce. TRIS. Quid dicã fili? quod dicam: præter hoc non habeo quicq̃: ꝗ uerum cerno spectaculum: ex dei benignitate mihi iã oblatum. unde in corpus sum imortale trãslatus sũqꝫ non ille qui prius fueram: ac mẽs nup effectꝰ hoc misterium non docetur. Vide hoc elemẽto formato: per quod uidere licet: per quod neglecta est a me prima cõposita species. non ꝗ sim coloratus tactũqꝫ ac terminũ habeam. ab iis. n. ipresentiarũ alienus sum. TATI. In furorem me isanumqꝫ mẽtis oestrũ o pater nimium cõcitasti: ipresentiarum me ipsum haud uideo. TRISME. Vtinam fili charissime tu quoqꝫ te ipsum non dormiens transcurrisses: instar eorum. qui somno insomniis occupantur. TATIVS. Dic age: quis est regenerationis auctor? TRISMEGISTVS. Dei filius homo:

unius uoluntate dei. TATIVS. Nunc mutum o pater ac stupidum reddidisti: ipse quoq; a pristino statu mentis alienatus: eandem aspirio imarum re rum caractere magnitudinem: in eoq; mendatium Mortalis enim speties p dies singulos transmutat hæc ad tempus utpote falsa in augmētum: detrimē tumq; uertitur. quid ergo uerū Trismegiste? TRI. Quod non perturbatum, non determinatum: nō coloratum: non figuratum: non concisum: nudū perspicuum: a se ipso comprehensibile: intransmu tabile bonum: ac pœnitus incorporeum. TATI. Insanio iam re uera mi pater. cumq; sapientem abs te sperassē me fieri: eiuscemodi cognitione: sensus obtusi sunt. TRISME. Sic accidit fili: nam sursū latum ut ignis: & deorsum latum ut terra: & humi dum uelut aqua: necnon spirās ut aer: quomodo ipsum sensu percipies? non durum: nō molle: nō densum: non penetrabile: solum potentia: atq; ac tu considerandum. qui uero potest: oret. ut gene rationem quæ in deo est: intelligat. TATIVS. Im potens ego sum pater. TRIS. Absit hoc o fili. re curre in te ipsum: & consequeris. uelis: ac fiet. Pur ga sensus corporis. solue te ab irrationalibus mate riæ ipsius ultoribus. TATIVS. Num ultores intra me sunt? TRISME. Nō pauci o fili: sed orribiles ac multi. TATI. Ignoro pater. TRIS. En fili: hæc una ē ultrix: ignorātia: secunda tristitia: tertia icō stantia: quarta cupiditas: quita iiustitia: sexta luxu

rits:deceptio septima:octaua iuidia : fraus nona : decima ira:undecia temeritas:duodecima uero malicia:hæc quidem sunt numero duodecim. sub iis plures aliæ continentur. Quæ per corporis carcerem iclusum: i tristem hominé sensib9 pati cogũt. Absunt autem istæ ab eo:qui est dei fretus clemẽtia. Atque ita constat regenerationis modus:ac sermo. Deiceps sileto mi fili : deũq; silendo laudato: eoq; pacto diuina clementia nunquam a nobis aberit. Gaude deiceps mi fili:nam potestate diuina in contéplationem es ueritatis eleuat9. Descendit in nos cognitio dei:hac accedéte : repulsa est ignoratio. Descendit in nos cognitio gaudii:hac præséte.tristitia penitus aufugit.in eosq; se uertit:qui ad eam parati sunt capiendam. Potestatem uoco ad gaudium perducenté:constátiam : cuiusuis ꝓcul dubio suauissima est. Cóplectamur igitur eá libentissime fili:ea enim cum primum aderit molliciem omné ꝓrsus expellit. Quartam uero nunc cótinétiam uoco:uim uniuersarum uictricem cupiditatum. Gradus hic o fili:iusticiæ fundamentũ existit Aduerte autem quo pacto a cunctis operibus iiusticiam expulit. Iusti qdem effecti sumus :absente iiusticia fili. Sextá uoco potentiá i nos descedenté: cómunitioné scilicet aduersus excessum. hoc denique discedéte:iuoco ueritaté . aufugit mox deceptio:ueritas adest. Vide quomodo absolutum é bonum:ueritate præsente. Liuor.n.discessit a nobis :

ueritatis enim innatũ est bonũ:cum uita simul: & lumine:nec ultra ire uindex accessit. Verum ultrices omnes repentino quodam impetu reiectæ sũt Intellexisti fili regenerationis ipsius modũ:denario præsente numero:intellectualis generatio composita est:quæ duodenariũ numerũ reiicit. Idq; ex ipsa generatione speculati sumus. Quicũq; igitur propter benignitatem generationis:quæ secundũ deum est:sensum amittit corporeum : seipsum cognoscit ex diuinis cõpositum:factusq; indecliuus: diuina potẽtia tota mente lætatur. TATIVS. O pater concipio nõ oculorum intuitu:sed actu mẽtis:qui per uires intimas exercetur. in cœlo sum:in terra:in aqua : in aere. in animalibus sum:in aboribus : in corpore:ante corpus:atque post corpus. At id præterea mihi dicas uelĩ:quomodo ultrices tenebrarum : numero duodecĩ adecẽ potestatibus repellũt. Quis modus Trismegiste? TRIS. Tabernaculũ istud o fili est:ex zodiaco circulo constitutũ: qui ex duodenario numero cõstat illo. Numeriq; undecim sunt:unus omniformisq; secundũ ideas naturæ:ad hominis peruagationẽ:atq; circuitum Itaq; disiugatæ quodãmodo sunt adinuicem ultrices illæ. in agendo tamen quodãmodo cõiugatæ. ut ecce inseparabile est ab ira temeritas. Merito ergo secũdũ rectam rationẽ eatenus interuallũ : quatenus apotestatibus decem. i. a denario numero repellũt. Denarius o fili animæ genitor ẽ. Vita uero

Zodiacus

& lux ubi unitæ sunt: ubi unitatis ipsius numeri sunt: ex spiritu nati: itaq; unitas secūdū rōnem denarium complectitur: rursusq; denarius unitatem TATI. Eia pater uniuersum uideo: meq; ipsum in mente cōspicio. TRIS. At hæc est regeneratio o fili: nō adesse ulterius copori: quantitate dimenso. Ob hanc ꝑfecto rationē: regenerationis mysteriū protuli. ne simus calumniatores totius: aduersus multos: quos deus ipse uult. TATI. Responde ad hæc o pater. corpus istud ex potentia cōstitutum: num aliquando dissoluetur? TRIS. Caue ne id ulterius audeas. Impossibilia profers: ac penit⁹ erras mentisq; oculis ista loquēdo impietate nimia ꝓfanaris. Sēsibile naturæ corp⁹: ab essētiali generatiōe procul admodū discrepat. unū quidē dissolubile idissolubile alteꝝ. Illud mortale: hoc imortale. An uero ignoras: quod & deus: & unus fili⁹ natus es? TATI. O quā uellem o pater: analogiā illā p hymnum: quē dixisti audisse te a potestatibus dū ipse i octonario essē. TRIS. Octonariū o fili cecinit ipse pimāder. Vnde te decet umbraculū soluere. purus enim ille pimander: mens diuinæ potētiæ: nō plura mihi quam scripta sint aperuit. existimans me reliqua scrutaturū: hortatus me est ad decora officia: ex quo omnes quæ in me uires sunt: concinūt. TATI O pater audire hæc: & itelligere ueli. TRISME. Quiesce fili quiesce inquā. audies iā harmonicam cantilenam regenerationis: hymnum quē

g4

Hymnus

nunquam sic facile propalarem: nisi tibi cōductu
rum cōsiderem. Non docetur hoc: sed occulitur in
silentio. Vide me fili bone: obserua singula diligen
ter. Sic enim te quoq; decet orantē: sub diuo: occi
dēte sole: ad austrū: oriente uero: ad eurū faciē uer
tere. TRIS. Vniuersa mundi natura hunc audiat
hymnū. Audi terra: audi turbines ībriū. o silue sile
te: cātaturus sum creatorem ōnium: totūq;: & unū
Audite coeli: quiescite uēti: circulus īmortalis dei o
rationē istā exaudiat. Cano iam creatorē ōniū: ter
rarum distributorē: coelū equilibrantē: iubentē ex
occeano aquam ūdiq; fluere dulcē: ad hominū ali
mentū. iubentem ignen fulgere: supernæ adactio
nis hominū: atq; deorum. Agamus illi ōnes una uo
ce gratias: tranāti coelos: naturamq; creāti. Hic mē
tis est oculus: hic potētiarum benedictionē libēter
excipiet. O meæ uires: laudate ipsū unum & ōne.
Consonate uoluptati meæ: ōnes animi uires: Co
gnitio sancta: quæ tuo lumine fulget: p te lumen
intelligibile cantās: gaudio mentis exulto. Omnes
potentiæ mecū una cōcinite. Constātia canta me
cum. Iustitia mea p me iustū canat. Cōmunio me
a totum ipsū laudet. p me canat ueritas: ueritatem.
Bonum nostrum: bonum deniq; canat. O uita: o
lux: a nobis in nos benedictio currit. Gratias habe
o tibi pr: actus omniū potestatū. Gratias ago tibi
de⁹ ōniū potestas actuū. Verbū tuū p me te laudet
per me mundus uerborum recipit sacrificium hoc.

meæ uires clamant:totum cantant : uolũtaté tuã
perficiunt.Tua uoluntas abſte in totũ : ſacrificiũ
uerborũ ab omnibus excipe. O uita totum quod
eſt in me:ſalua.O lux totum illumina:ſpiritus deꝰ
Verbum tuum me regit ſpiritifer opifex.Tu ſolus
es deus.Homo tuus hæc clamat.per ignem: perq;
aerem:per aquá:perq; terram:per ſpiritum : perq;
creata .Ab eternitate benedictioné inueni: qua de
ſidero in uolũtate tua quieſcam. TATI. Noui pr̃
hũc hymnum abſte ex uoluntatis affectu cantatũ
unde mundũ attigi meum.TRIS.Intelligibilẽ dic
mundũ fili.TATI. Intelligibilem dico pater. Ex
tua ſiquidem cantilena:illuſtrata mihi mens eſt;
quo fit:ut ipſe quoq; ardeá amore canédi.TRIS.
O fili mi tati:ne ſine propoſito laudes cantato di
uinas.TATIVS.Ex méte cãtabo mi pater. TRIS
ME. Quæ ſpeculor infundo tibi generatiõis ꝓge
nitor tati.TATI. Deo uerboꝝ offero ſacrificia. o
deus:tu pater tu dominus.tuq; mens:accipe ſacri
ficia uerborum :quæ requiris a me: te uoléte perfi
ciuntur omnia.TRIME. Offerto fili hoſtiá patri
deo gratam:orationiq; tue intentus eſto . TATI.
Gratias héo tibi pater : quod iſta mihi predicare
uolueris.TRISME . Gaudeo fili. quod te bona
quamplurima ex ueritate:quæ ſane ſunt ĩmorta
lia opera:id a me diſcens ſilentium uirtutis ãnũcia
nulli cõmunicans regenerationis myſterium : ne
tanquam calumniatores quidam reputemur .

Etenim uterque nostrum ad sufficientiam meditatus est. ego quidem discens. tu uero perdiscens: ex quo teipsum: patremq; nouisti.

## MERCVRII AD AESCVLAPIVM EPYLOGVS.

q Voniam filius meus tatius: te absente: naturam omnium discere uoluit. cũctari uero me noluit. ipse utpote iunior ac nup accedens: ad cuiusque cognitioné: coactus sũ plurima dicere. ut facilis illi foret atq; expeditus i tuitus: opeprecium esse censui. ut ex multis eligés potiora: summatim nunc tibi disputationé praecedentem repetam. Licet enim tecum: utpote rerũ naturae pito: p mysteria quaedá percurrere. Quae sensu percipiuntur: facta sunt omnia: fiuntq; quotidie. genita nõ a seipsis: sed ab altero fiunt. Multa sunt genita. sensu patentia singula: differentiaque nec omnino similia. quaecunq; gignuntur: pcedũt ab altero. Est ergo quis factor istorum: atq; is ingenitus: ut genitis antiquior sit. Genita. n. diximꝰ ab alio fluere. Nihil autem praeter ingenitũ: genitis esse potest antiqus. Factor quippe potentior é & unicus: solusq; reuera sapiens uniuersa: cum nihil omnino precedat. Dominatur quoq; multitudini: magnitudini: actioni: continuitati: genitorũque omniũ diferentiae. Praeterea genita uisibilia sunt: inuisibilis ille. ob id uero facit: ut uisibile fiat.

ſemp igitur facit. Dignum eſt itelligere: inteligendo mirari: ad mirando ſe beatũ uocare: patrem legitimũ recognoſcenté. Quid.n. dulcius parente legitimo? Quis iſte? Quomodo eum reperiemus? An illi appellationẽ dei ſoli decens eſt atribuere? uel factoris: uel patris? An tria pariter cognomenta? deũ ergo cognominato: propter potẽtiã. factorem: ꝓpter actum. patrem deniq; ꝓpter bonũ. Eſt enim poteſtas a genitis admodũ differens: actus autem iproductione cunctoꝝ. Quamobrẽ ſermonis uarietate: uanitateq; dimiſſa: duo hæc i primis meditari oportet. genitorẽ. ſ. ac genitũ: hoꝝ nihil eſt mediũ. nec q̃cq̃ præter hoc aliud. Cũ ergo õnia intelligere uolueris: horũ recordare duorũ: eaque eſſe uniuerſa memẽto. nihilq; tibi erit ãbiguũ: nec ſupnoꝝ: nec ifernorũ: ſeu diuinoꝝ: ſiue mutabilium: aut patentiũ: aut eoꝝ q̃ i tenebris delitescũt Duo nẽpe cũcta ſũt. geitor ac geitũ. nec ſecerni alterũ ab altero põt. neq;.n. fctõrem abſq; facto ẽẽ poſſibile ẽ. utrunq; illoꝝ idipſũ exiſtit. Itaq; neutrum diſiũgi licet ab altero, quemadmodum neutrorum a ſeipſo diuidi. Si.n. ipſum faciens: nihil præter ipſum quod facit eſt aliud: ſimplex.n. eſt: ut ſemper eſt: ita ſemper eſt agens: idemq; ſibiipſi: & in exiſtendo pariter: et in agendo. Nihil autem quod genitum: a ſeipſo genitum eſt. non ergo ſeorſum factum a faciente. qui horum unum

ſubtrahit :ꝑdit & alteꝝ. Vnus qꝑpe natura ꝓpria naturá ſẽp alterá reſpicit. Si itaq; duo cõceſſa ſũt: efficiés: & effectũ. unita qdé ſunt íuicé. ſic tamen ut unũ ꝓcedat: alterũ uero ſeq̃tur. precedens ſane deus efficiés: ſequés uero id quod é effctũ. Quic qd id deniq; ſit. neq; diffidat qſpiá iis quæ diximꝰ uarietate reꝝ ꝑterritus: q̃i tá diuerſoꝝ cõſtructio: uel ardua ſit: uel indigna: maieſtate diuina. Vnica eni deo gloria: õnium cõſtitutio: atq; id eſt: uelut corpus dei effector. Ab ipſo profecto factore nihil malum: nihilque turpe. Hæ ſiquidem paſ ſiones ſunt: creata ſequentes opera: quemadmo dum æs rubigo. animata corpora: limus. At neque faber ferrarius induxit rubiginem: neque animati corporis genitor: cenum ac ſordes. eo demque modo: nec deus etiam malum. Gene rationis aũt perſeueratio: malum ſurrepere cogit: eaque de cauſa mutationem deus rebus inſtituit. & ceu quandam generationis ipſius purgationé. Præterea eidem pictori figurare lic& cœlum: ter ram: mare: deos: homines: bruta: arbores: ac uita carentia. Deo uero uni: talium deerit agendorum facultas? O dementé: o cæcum: & to tius diuinæ cognitionis inexpertem. Nihil eſt ma gis o æſculapi ridiculũ: quam quod huic accidit. Ná dũ ſe deũ uenerari fatet: ex eo quod ccſádi ne gotio curaque liberet: deum ipſum ꝓrſus ignorat quodque deterius eſt: mortalium illi paſſiones

ascribit: inuidiam: superbiam: ignorantiam: ibecillitatem. Nisi.n.fatiat omnia: aut superbus est: aut potius ibecillis: quorum utrũq; nepharium. Deus enim unicam propriamq; naturam habet: idq; ipm bonum est. Bonus autem: nec superbus est: nec ĩpotẽs. ipsum uero bonum: deus est. Bonũ quippe ipsa uis omnium agendorum. Quodcunq; genitũ a deo genitum: id est a bono. & ab eo: quod õnia põt. Vide quomodo ille quidem facit: quomodo etiã illa fiunt. quod si comprehendere uelis: licet magnam rationem perpulchram: atq; simillimã intueri. Aspice præcor agricultorem: semina in terræ gremium diffundentem. hic triticum: ordeum alibi: alibi uero reliqui generis semina. Aspice eundẽ uites malosq;: & ficus repastinantem atq; amputãtem. eodemq; modo deus ipse in cœlum quidem serit immortalitatem: in terra uero mutationem: ĩ totum deniq; mundum uitam: atq; motum Hæc autem haud multa sunt: sed pauca. certoq; numero determinata. Cuncta enim quattuor sunt: ac deus & generatio: quibus oia comprehendũt.

FINIS EST OPERIS ELEGANTISSIMI MERCVRII TRISMEGISTI.


BIBLIOTECA
XV

